

nobilatur, ut etiam si videatur in pulverem reductus, sic inde resurgat, quasi lapis pretiosissimus, & splendidissimus, omnique ejus soliditate, fulgore, ac elegantia donatus.

390. Statis nota & vulgaris est sterilitas Abraham, ac Saræ: hi sub peregrino habitu Dominum excipiunt hospicio, & post mensam appositam, ac cibos præparatos, & convivium celebratum; inter conversandum ait Dominus, revertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sacra uxor tua, Genes. 18, n. 10. Miraberis sanè, & cum Sara ridebis, quod ab hominibus sterilibus: & a senio confectis ac è membris emortuis vitalissimum generationis opus sperari posset: Unde seniles artus sic poterunt repuerescere, imò vivificari? Perpende in eorum domo celebratum esse convivium, ubi vitulus tenerimus umbra sacræ Eucharistiæ appositus est; non ergo mirum quod à cœlesti convivio, vitarum fontes emanent, & artus jam demortui, ac senio confecti in vitam excitentur, sic enim à cœlestis mensa omnia reviviscunt, ut mors ipsa convertatur in vitam, & ex putridis cadaveribus homines reformentur vitalissimi. D. Chrysolog. serm. 69. Dominus ad Abraham velut hospes, adventat invitatus tota dignatione succedit, oblata non respuit appositiva velut esuriens: & lapsus assumit. Hinc est quod emortua mox senis membra reviviscunt; sterilis vetula jam viscera suscitantur extincta, & natura in vivo cadavere persepulta proditura sumum resurgit amborem, & generat plurimos per unum.

Genes. 18. Ab Eucharistia mortui excitantur in vitam.

D. Chryf.

391. Genes. 2. n. 9. Umbra Eucharistia à morte nos defendit.

Ex quo sapienter conicit D. Amedæus homil. 1. de fructibus sanctissimæ Virgin. Mariæ: quod ex eo Adamus in mortem incidit, quia comedit de ligno scientiæ boni & mali, non verò de ligno vitæ, quod sacram Eucharistiæ adumbrabat, quia si de illo comederet nunquam mortem gustaret. Sic ait citat. Pater: Inter hos, & horum media surgit arbor, quam diximus, salutifera generans cibum vitæ, & manna cœlesti: Manna habens omnem delectamentum, & omnem suavitatem, ad quod si primus Adam attingeret, mortem non gustaret in æternum. Hoc remedio se poterat munire Adam adversus mortem à serpente quaesitam, si nimirum unam umbram Eucharistiæ attingeret, ac gustaret.

QUESTIO LII.

Quare in calculo candido scribitur nomen novum, & quidnam sit hoc nomen novum?

392. Dicitur in calculo nomen novum scriptum: non sat erat, quod voce diceretur, ad quid ultra scribitur? absque dubio quod scribitur diutius perseverat, quam quod solum ore præfertur. Hinc D. Bonavent. in c. 1. Luc colligit rationem ob quam Zacharias scripserit nomen Joannis, & rectè, ait, dicitur scriptum nomen Joannis ob indelebilem firmitatem, ut indiceretur nomen ejus scriptum in libro vitæ. D. August. in illa verba Psalm. 44. n. 2. Lingua mea calamus scriba velociter scribens, ait, quare linguam suam dixit cala-

D. Bonav. Luc. 1. Quod scribitur indelebile est.

D. August. Psalm. 44.

mom esse scriba? Quia quod lingua dicitur, sonat, & transit; quod scribitur manet, cum ergo dicitur verbum, & verbum quod dicitur, non solet, & transeat, sed dicatur, & maneat. scripsit hoc maluit comparare, quam sonis. Ut ergo declararet stabilitatem suæ prophetiæ, ait quod ejus lingua efformabat non tam vocem, quam scripturam; Ecce cur nomen novum Filii Dei non dicitur tantum, nec scribitur quomodocumque, sed in lapide exaratur, ut denotetur à Christo quod per ipsum non steret, quin in nobis tale nomen semper fixum, & permanens sit, sed ex nostra culpa provenit, quod nomen Filiorum adoptionis Dei deleamus.

397. Quid ergo sit hoc nomen novum? genuina & germana expositio est; nomen novum, ut iustus sit, & dicatur Filius Dei, hoc nomen novum refert Beda ad eos, qui baptismo candidati sunt; sive quia à Christo dicuntur Christiani, sive quia à gratia infusa sanctificante dicuntur Filii Dei per adoptionem nam naturalis ipse solus Christus est; & dicitur nomen novum sanè, quia denud à gratia, & iustitia communicatum est, sive quia novos facit, quibus datum est, ut Filii Dei appellentur; oportet enim illos veterem exuere hominem, deposito gravi iugo peccati sub potestate Principis tenebrarum. Sanct. Victor. Episcop. Pictav. Gemma alba, ait, adoptio in Filium Dei nomen novum Christianum est. In hac sententia sunt Viegas, Ribeira, Alcazar, Cornelius, Estius, Tarrin.

397. Gemma sententia.

sanct. Vict. Viegas, Ribeira, Alcazar, Corn. Estius, Tarrin.

394. D. August. Richard.

Secundò, D. Augustinus in præfenti interpretatur quod nomen novum sit novitia filii hominis. De novitia ejus divinitatis interpretatur Richardus Victor. lib. 1. in Apocal. p. 2. c. 7. In calculo igitur, ait, candido nomen novum scriptum nobis dabit; quia divinitatis suæ novitiam nunc à nobis valde remotam, nobis manifestabit. Ecce manna cœlesti victori promittitur; ecce suavissima Eucharistiæ epulæ nobis parantur; & quid necesse est ibi præfigi nomen novum, id est, imprimi novitiam Filii Dei, quia hoc divinum manna maximè illustrat, & illuminat mentem in his, quæ sunt Dei, ex quo enim manna absconditum accipimus, jam clara divinitatis novitia nos expectat illustrandos. Unde non mediocre argumentum habent, quod videbunt Jesum in gloria qui illum modò sub Sacramentorum umbraculis dignè venerantur. Ità Algerus de Sacramento lib. 1. c. 3. Non esse misericordiam Dei, & iustitia condignum, si eis honoris vicissitudinem non reprehenderet: in manifestata visione suæ majestatis, à quibus dignè susceptus, & adoratus est in occultis, & peregrini Sacramentorum suorum figuris. Quod sanè sapientissimè est excogitatum; perit enim civitatis ratio, ne Deus suæ præsentis copiam neget illis, à quibus etiam ejus umbra in magna estimatione digna fuit habitata, ac venerata.

Alger.

395. Rupertus, D. Hieron. Jesus nomen novum in novo cœle inscribitur.

Tertio, nomen novum multi & graves Doctores intelligunt sacratissimum nomen Jesu. Rupertus, hoc nique novum nomen, id est, ex novo homine Christo. Nempe Jesu nomen. Pro quo advertit, ut jam dixi, D. Hieron. Epist. 83, quæ est ad Oceanum; pro calculo candido legit calculum novum, quem interpretatur cor novum & spiritum novum, qui Ezech. 36. iustis pro

promittitur: Ac si calculus, & novus, cur etiam novum ei inscribitur? Ut significetur nomen Jesu novum non nisi novo cordi & spiritui inserendum. Unde D. Paulus ad Ephes. 4. n. 23. Renovamini spiritus mentis vestra, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Ubi, per novum hominem Salmeiron Christum D. interpretatur. juxta illud Rom. 13. n. 14. Induimini Dominum Jesum Christum. Postulat ergo D. Paulus ut prius ephesii renoventur, & postea novo homine induantur; ac si dicat: ut Christum recipiatis, necesse est ut prius spiritus mentis vestra renovetur, neque enim novus homo Christus in veteri mentis hospicio commoratur: sicut nec nomen Jesu non nisi novo cordi, & novo spiritui inseritur.

Ephes. 4.

Salmeier. Rom. 13.

396. Et nota quod hoc nomen novum Jesu scribitur in calculo candido, sive limpidissimo lapide, quia hoc sacratissimum nomen lapis est ad suorum munimen, & ad conterendas omnes rebelles nationes, omnesque nostros adversarios. Exit David in bellum adversus Philistheum, & quæ dicit. Tu venis ad me cum gladio, & clypeo; ego autem venio ad te in nomine Domini. 1. Reg. 17. num. 45. Sic ex parte sua David hostibus armis & telis solum opponit nomen Dei: tamen cum ventum est ad pugnam tulit limpidissimum lapidem, quo positio in funda hostem dejecit, & gloriosus triumphator evasit. Sic ibi dicitur. Misit manum suam in peram, tulit que unum lapidem, & fundam jecit, &c. Sic pro te non aliud telum stat, quam nomen Dei, ad quid recurris ad lapidem; quid nomen Dei cum lapide? Planè nomen Dei lapis est, qui nos tuetur, victores constituit, ac pertinaces impios prostermit, & conterit; ubi nomen Dei ibi lapis, ac si ipsum nomen Dei sit lapis ad nos prostermendos.

1. Reg. 17.

Nomen Jesu lapis ad nos tuendum, ac prostermendos, hostes.

397. Magnas dignitas ex Eucharistia. Quare nomen novum, novam ac præclaram excellentiam indicat, quam homo habet & accipit, ex quo gustavit Eucharisticum manna; nomen dignitatis index est, non enim in magno viro vacuum est, ut dixi tom. 1. in Evang. lib. 2. cap. 4. n. 4. & 43. & tom. 2. cap. 3. quæst. 3. n. 13. & nulla major majestas ac nobilitas poterat homini accidere quam ipsam deo assidere, & cum magno, ac supremo Domino cœnare, & ad ejus mensam stare.

398.

Matth. 26. D. Hilar.

Novum dignitas ex Eucharistia ministrare. D. Hilar.

Dominus Jesus ad parandum Pascha suos discipulos admonuit. Ite in civitatem ad quemdam, & dicit ei; Magister dicit, tempus meum propè est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. Matth. 26. n. 18. Meritò dubitat D. Hilar. Can. 30. in Matth. cur homo ille proprio nomine non fuit appellatus; nam homo ille valde præclarus erat, habebat domum angustam, ubi Christus magnam parat cœnam: deinde ut ait Sanctus, oportebat eos scire, quod pergerent, alioquin incerti ad quem mitterentur, quomodo mori, quæ præcepta fuerant, exquerentur: sane de industria nomen illi inditum non fuit: nam Eucharistico convivio in domo sua instituto, ac celebrato inde tantus honor, ac gloria illi communicata est ut novo nomine, novoque stigmatate celebrandus, ac dicendus esset, ut Divinus ac cœlestis diceretur. Citat. D. Hilar. Hominem, cum quo Pascha celebraturus esset, non nominat, ut cum eo Pascha Domini Apostolos præparare sciremus, cui

in tempore Domini novum nomen esse addendum. Et dicitur in textu: Et in calculo nomen novum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Qui Eucharistici convivii particeps est, tanta est illius dignitas, ut nullus sciat & intelligat, nisi hoc cœlesti pabulum degustet. Rupertus ad hunc locum Nemo scit dignitatem, sive ingenitatem nominis hujus, quantumcumque sciat, & buccis crepantibus perstrepat.

399. Dignitas quanta sit ab Eucharistia non est qui intelligat.

400. Descendens Moyses de monte, à Dei colloquio, ac piè ipso gustato, maximè facies ejus resplendebat, Exod. 34. n. 29. ita ut populus Exod. 34. nonnisi veata facie Moysen adire, & audire non auderet. Propet gloriæ vultus ejus: ait Apostolus 2. Corinth. 3. num. 7. speciem quandam Divinitatis Moyses vultu præferre vius est, qui tam multis luminibus splendueret, ex quo ait Mag. Macharius homil. 12. Aspidi homini, descendat habens Deum. Et unde tandem viro claritas ut tam præclaram lucem emitteret, ut nullus sit, qui valeat cum intueri; nisi velata facie. An ex Dei gustu & mensa Angelica? Id putat Macharius, sic dicens siquid m. a. b. u. r. a. Deo, & rigabatur corpus ejus cibo alio cœlesti; Ex quo Divino pabulo cœlestis alloquii, ac cibo cœlesti alimentabatur, tantus inde illi splendor, ac excellentia, ut nullus esset qui eum apertè posset videre, nec fixo intuitu aspiciere. Ecce quanta sublimitas, & celsitudo à mensa divina, ita ut nullus sit, qui eam valeat penetrare, nec contemplari, sed solus ille, qui Divino Spiritu eam degustat, unde ait Regius Vates, Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus. Plal. 33. n. 9.

D. Machar.

Honor à cœlesti mensa non est, qui valeat contemplari.

Pl. 33.

EPISTOLA QUARTA.

Apocal. 2. n. 18. Et Angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes similes aurichalco. Num. 19. Novi opera tua, & fidem & charitatem tuam, & ministerium, & patientiam, & opera tua novissima plura prioribus.

VERSIONES.

Oecum. n. 18. Angelo Thyatirorum scribe, qui habet oculos suos. Vatabl. Arias. Et Angelo illius in Thyatiris Ecclesiæ scribe, &c. pedes ejus similes chalcolibano. Syrus. Similes ærilibano. Arabicus, Cujus pedes sunt aurichalco lyxidum. Arabic. n. 19. Jam novi opera tua. Alii ex Graco. Novi perseverantiam tuam.

P 4 Primasus



Primafius, Novissima pera tua plura, quam priora. Etiam tolerantiam, & opera tua hæc posteriora, & plura sunt primis.

EXPOSITIO XI.

401. T Angelo Thyatira Ecclesia: Quisnam iste Episcopus fuisset, non constat, à multis tamen creditur fuisse. B. Carpum. Qui habet oculos tanquam flammam ignis, hoc est, qui videt delicta mulieris Jezabelis, de qua statim fit mentio; & tacite arguitur Episcopus Thyatirensis eò quòd hujus mulieris crimina non videret, ac prohiberet. Et pedes similes aurichalco: Mentio fit pedum similitum aurichalco, ut fortitudo, ac constantia Episcopi Thyatiræ animetur in afflictionibus, quas propter Christum sustinebat, ut in illis non deficiat, cum illis purior fiat, maiorque gloria dignus evadat.

402. Novi opera tua. Vera & recta scientia probationis, & fidem, vivam, formatam multiplici virtute; ornatamque omni ratione credendorum, & decoratam purificatæ mentis intelligentia quæ est fide perfecta: & charitatem tuam, qua Deum, & proximum diligis; & ministerium; secundum aliquos, officii tui executionem in actionibus Episcopalibus, & sacerdotialibus: & patientiam tuam; in tot, ac tantis laboribus tam generose toleratis: & opera tua novissima plura prioribus: Tantis laboribus non es fatigatus, sed in quotidianum augmentum virtutum tuarum profecisti, nam cum multa prius feceris initio tui Episcopatus, plura etiam postea addidisti.

QUESTIO LIII.

Quenam esset civitas Thyatira, & quis illius Episcopus subintellectus?

403. Lex. Biblic. Thyatira, ut habet Lexicon Biblicum, Orbs Asia est non longè à Pergamo, templo quondam Asclepiadis famosa, cujus erat illa Lydia purpuraria, de qua in actis Apostolorum. Orbs erat Misorum secundum alios & Colonia Mæcedonum ad Austrum Pergami, cujus & erat jurisdictio. Multi volunt sic dictam Thyatiram, ex quadam radice Græca deducto nomine ab odore, vel sacrificio laboris, vel contritionis: hoc non placet Cornelio, aliud enim constat fuisse suum originale etymon.

404. Scytho. Plinius. Dicitur ergo sic secundum alios; quia Mytis urbem conditoris respondit Deus, ibi condendam, ubi cervus illius & currens appareret. Ex verbo Græco Thyran, quod est currere. Tamen Strabo lib. 13. & Plinius ibi. cap. 9. & alii, sic vocatam esse volunt à Seleuco filio Nicanoris ob latum nuntium, natæ sibi filia derivatione facta à nomine Græco, quod filia dicitur Thiran.

405. Quisquam fuisse iste Episcopus Thyatirensis, ad quem à Joanne mittitur quarta Epistola; difficile scitu. Aureolus existimat hunc Episcopum fuisse S. Irenæum, quem primum Thyatiræ sedisse, & postea Lugduni die t; sed S. Irenæus cum obierit Martyr anno Domini 304. non potuit hoc tempore nimirum anno 97. sedisse Thyatiræ, ubi nec ullus veterum aliquando fuisse eum Episcopum narrat.

406. D. Epiph. O im Hæretici, ut est apud B. Epiphanium lib. 2. contra hæres. 51. rejici bant ex hoc loco Apocalypsim. quod quando hæc scripsit Joannes, nulla esset Ecclesia Thyatiræ, quibus ibi responderet Epiphanius: vel esse ex hoc ipso admittendam; quoniam vaticinatus est Joannes fu ura in tali Ecclesia. Sed non video cur dicitur Thyatiræ his temporibus non fuisse Ecclesiam; nam jam ex Thyatira prodierat Lydia bona utique, ac fidelis: Actor. 16. num. 14. & postea Joannes in Asia minori prædicavit, & civitates illas vicinas Thyatiræ converti ad Evangelium; cur ergo idem non dicemus de Thyatira? præsertim cum Joannes usque ad tempora Trajani manserit in Asia, & omnes Asia fundaverit, rexitque Ecclesias, ut ex Irenæo, Clemente Alexandrino probat Eusebius lib. 3. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 23. & docet Hieron. in Catalogo, & Tertullian. lib. 4. contra Marc. prope principium, has septem Ecclesias Apocalypsis appellat alumnas Joannis, quod in ipsis docuerit, & eas converterit, atque instituerit.

407. Corn. Menoch. Ferrar. Cornelius, Menochius, Ferrarius verifimilius existimant hunc Angelum fuisse Sanctum Carpum, quoniam Martyrologium Romanum die 13. Aprilis, vocat eum Episcopum Thyatiræ, ut etiam eum dicunt Lippoman. tom 6. & Sur. tom. 2. citata die 13. Aprilis: Ex quibus constat, quod sub hoc tempore Apoc. ipse floruit, & ibi prædicavit, ac proinde multum probabile, quod B. Carpus fuit iste Episcopus.

QUESTIO LIV.

Quare in titulo hujus Epistola ponitur. Hæc dicit filius Dei qui habet oculo tanquam flammam ignis.

408. Hæc est quarta Epistola ad Angelum, videlicet Episcopum Thyatiræ, & sub ejus nomine ad omnes fideles in Dei obsequio fideles, sed per imprudentiam deceptos, nam hic Episcopus dilgens, & zelus, sed per imprudentiam decipiebatur, fraudibus Jezabelis, ut infra dicam.

409. Non est prophetia, nisi revelatio sine fisco Dei. In prima fronte hujus Epistolæ scribitur, Hæc dicit filius Dei: Et alia ratione primum in titulo hujus Epistolæ Christus se nominat Filium Dei; arguit enim hic hunc Episcopum Thyatiræ eò quòd ut dicitur n. 20. permittibat mulierem Jezabel, qua se dicit Prophetem docere. Inde ergo se dicit Filium Dei ostendens non esse Prophetissam nisi à se missas, & falsas eas esse, quæ se ipsas tales faciunt, ut erat hæc mulier

410. Alber. mulier Jezabel; Filius enim Dei est primus inter in flos à Deo; per quem mittuntur cæteri: non ergo est prophetissa, quam filius non misit: Nemo enim novit patrem, nisi filius, & cui voluerit filius revelare. Matth. 11. n. 27. Non est ergo sine filio revelatio: frustra ergo se jactat prophetem: cui si ius sua non revelat arcana.

411. Richard. Optimè advertit Albertus Magnus, Nota quod superius dictus est similis filio hominis, hoc dicitur filius Dei, ut sic ostendatur, quod unus & idem est filius Dei, & filius hominis. Si ad præcedens caput num. 13. repetamus non filium habentem oculos tanquam flammam ignis, dictum inveniemus, sed solum similem filio, ait Ioannes. Vidi in medio septem Candelabrorum aureorum similem filio hominis, oculi ejus tanquam flamma ignis, &c. Cur autem hic eodem modo non scribitur, hæc dicit similis filio hominis sed filius Dei, Ut compertum habeamus eundem esse, & similem filio hominis, & filium Dei, Christum D. nempe qui verè Deus, & homo est.

412. Deus omnia penetrat, ac intrinsecus. Primò genuinè ad questionem respondet Richardus de S. Victore, Nos, ait, qui in Thyatira Christum contempnendo male vivimus, & hunc sermonem audieritis, dum eum audieritis oculos habere sicut flammam ignis, animadvertite, cum occulta pravitate vestra agnoscere. Hoc modo ostendit fornicationes ac fraudes harum mulierum tameris valde occultas, & absconditas, sibi tamen non esse ignotas, qui luce suorum oculorum tanquam flamma ignis omnia collustrat penetrat, ac videt; & hæc consideratione facta maxime nos debemus abstinere ab omni peccato, ac inquinamento. Secundò, Oculi tanquam flamma ignis quia flamma lux divina manifestat dissolvit, ac absumit.

413. Reitor illumet doctrinam, accendat devotio, ne & prava consumat. Tertio, instruuntur Prælati, ut oculos habeant tanquam flammam ignis. Flamma illuminat calefacit, & consumit. Ita Recti res Ecclesiarum illuminare debent fideles sanæ doctrinæ luce, & accendere igne devotionis, & charitatis; & malos populorum abusus consumere Quarto, flamma ignis excoquit proxima, refovet astantes: & vigilia rectoris excoquere debet mores subditorum, & illos argentes refovere.

414. Quintò, tacite his redarguitur Episcopus Thyatirensis, quia ad sui similitudinem decebat esse valde oculatus ut hujus mulieris scelerata videret, ac in apertum ejus imposturas traduceret: ut subditi ab illis fugerent, eaque evitarent; Sæpè pro documento efficacissimo, suus suo exemplo commonefacit Dominus, Jerem. 25. num. 4. Misit Dominus ad vos omnes servos suos Prophetas, confurgens diluculo. Et idem Deus objicit cap. 26. num. 4. Quos ego misit in nocte confurgens, ac nocte confurgens pro suorum salute vigilat. D. Hieron. Per omnes, ait, populum suam Deus semper admonuit, & quasi ipsi in vigiliis, & in excubiis constitutus, surrexit diluculo, ut suum populum commoneret. Si Deus qui est omnino expertus somni & in summa vigilia dicitur diluculo, ac nocte confurgere pro suorum salute, quantum debet ergo quilibet invigilare ut sibi provideat ac prævideat; sic & dicitur Paralipom. 2. cap. 36. num. 15. Mitterat Dominus spiritus ad illos der manibus nuntiorum suorum

415. In limine hujus questionis advertit quod cap. 1. n. 15. de filio dei dicitur; Pedes ejus similes aurichalco sicut in camino ardenti? Hoc tamen in præsentī dicitur pedes ejus similes aurichalco; illud verò sicut in camino ardenti taceatur, & prætermittitur; tamen sub intelligitur in camino ardenti, sicut supra hoc cap. 2. num. 12. Angelo Pergami dicitur, hæc dicit, qui habet romphæam ex utraque parte acutam, subintelligitur in ore: & Angelo Sardis dicitur cap. 3. n. 1. Hæc dicit, qui habet septem stellas, scilicet in dextera, sic & in præsentī Albertus Magnus mysticè rem exponit dicitur, hæc ait, tanquam, quod sunt similes aurichalco ad significandam, quod sancti primi temporis, vel Prædicatores habuerunt fervorem charitatis, modo charitas eorum refrigit. Matth. 24. n. 11. Refrigit charitas multorum. Respondeo ad questionem, in titulo hujus Epistolæ

de nocte confurgens, & quotidie commoneat. lib. Caietanus. Caietan. Instar solliciti Patris describitur Deus, surgens diluculo. Suo exemplo monebat dominus universos Principes, ac Pastores, ut solidam noctem non dormiant, ut suum officium adimpleant; sic & Episcopus ex Græca, ac Hebraica radice idem valet ac speculator, seu inspector, seu considerator, ut communiter Interpretes ad 1. Petr. cap. 2. n. 25. ad illa verba, Ad Episcopum animarum vestrarum.

416. Alta nox compellit Iacobum ut in aperto, & vasto campo somnum capiat, caput super saxum informe pro molli pulvino reclinat. Quid inde custodes Angelos nocturna videri in specula. Et vidit in somnis scalam, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scalam. Genes. 28. num. 11. Nocturno tempore dominus stat tanquam vigilans innixus scalam, & stare loco nescit statui Angelica. Sed Philone teste lib. de somnis. Angelos tanquam magni Regis aures, & oculos vocant sacra litera, & Dominus stat innixus scalam, & Angeli, qui sunt oculi, & aures ejus non quiescunt die ac nocte, sed perpetuo motu ascendunt, & descendunt; sic dominus excubias agit ut semper, ac incessanter habeat intentos oculos & aures super suorum salutem, ut illis oportune provideat; & hac visione se Dominus primum ostendat Iacob, ut eum quem sui populi caput, ac Principem constituebat, suo exemplo instrueret ut somnum excuteret, semper vigilans sine quiete oculos, ac aures apertas haberet super gregem suum. D. Bruno in allegoriis Tilm. Bene, ait, hinc scalam innixus, seu obfirmatus Dominus stare videtur ut quoque nos doceat, quod virtutum, ac vigilantia baculo debeamus inniti.

QUESTIO LV.

Quare in titulo hujus Epistola, postquam dicitur, quod filius Dei habet oculos tanquam flammam ignis, statim subditur: Et pedes ejus similes aurichalco?

417. In limine hujus questionis advertit quod cap. 1. n. 15. de filio dei dicitur; Pedes ejus similes aurichalco sicut in camino ardenti? Hoc tamen in præsentī dicitur pedes ejus similes aurichalco; illud verò sicut in camino ardenti taceatur, & prætermittitur; tamen sub intelligitur in camino ardenti, sicut supra hoc cap. 2. num. 12. Angelo Pergami dicitur, hæc dicit, qui habet romphæam ex utraque parte acutam, subintelligitur in ore: & Angelo Sardis dicitur cap. 3. n. 1. Hæc dicit, qui habet septem stellas, scilicet in dextera, sic & in præsentī Albertus Magnus mysticè rem exponit dicitur, hæc ait, tanquam, quod sunt similes aurichalco ad significandam, quod sancti primi temporis, vel Prædicatores habuerunt fervorem charitatis, modo charitas eorum refrigit. Matth. 24. n. 11. Refrigit charitas multorum. Respondeo ad questionem, in titulo hujus Epistolæ